Fragmentarium

ullius rei caritudine frons ſua contrahitur · ſed letus
ex eo ſumit quod eſt appoſitum epularum. Denique attingendus
eſt mihi clarus ille diogenes qui ut in omnibus pau
pertatem preſeferre uideretur exeſum quendam calicem ligne
um reliquias fortunarum ſuarum et illum eiecit hoc cum
uidiſſet ſorbilantem puerum quendam palmis incuruis
aquas · Ac ut multa eius diuina dicta preteream ut
que in dolio ſedes ſpreuerit alexandrum hec ſaltem eximia
Ariſtippo n ſuadenti ut fece paupertatis obruptus aliquando
uellet emergere et quod eſſet facillimum conſecutum Si
Dioniſio aſſentari uellet ad eum cum ſe retuliſſet
uir uirtute preſtanti · Si tu pauper eſſe uelles dioniſio
non adulare : preclarus et illud forſitan fuit cum idem
puſillum quid eris in ſaculo capiti ſubieciſſet atque dor
mienti huic cum callidus fur moliretur abducere ſenſiſſet
excitus ſompno contemptaque pecunia inquit ad furem
Tolle miſer ut et te et me dormire ſinas · He ſunt
paupertates philoſophorum que ſcienciarum precioſiſſima
monimenta reliquerunt. Peragrarunt orbem nudi illi ut
quieti nos incluſi thalamis ſuas res altiſſimas contem
plemur atque id ipſum paruo curriculo quas longiſſimis
cuderunt temporibus · Reliquum gregem philoſophantium
ſtatui reticendum · Quorum omnium paupertas cum illis
tum potiſſimum nobis uſui maximo et ornamento fuiſſe
cognoſcitur · Hic deſino hic tibi nunc tiburtine locus

License: public_domain – Göttingen, Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen, Cod. Ms. Morbio 1 b, 8v – Philippus Ariminensis, Symposium de paupertate (https://fragmentarium.ms/view/page/F-8l46/11343/82229)